PRINCIPIA,
SEU
RUDIMENTA
GRAMMATICES,
EX INSTITUTIONIBUS
EMMANUELIS ALVARI,
E SOCIETATE JESU,

Ad commodum Juventutis excerpta.

LIBRI PRIMI PARS PRIOR.

BIBLIOTECA NAZIONALE "V... NAPO...

VIENNÆ AUSTRIÆ,

mpenſis JACOBI THEOBALDI LUDWIG,
Bibliopegi Privilegiati 1722.

AUCTOR LECTORI.

LIBROS de *Grammatica Inſtitutione*, quos nuper explanationibus illuſtratos edideram, compulſus ſum, Lector humaniſſime, nudos ferè ac luce privatos, diligentiùs tamen correctos, denuò foras dare, tum ne ſcholiorum multitudine impedirentur Tyrones, tum ut eis non ſolùm ad divites, ſed etiam ad tenuiores, quorum multò major ſemper fuit copia, aditus pateret. Quare te etiam atque etiam rogo, ut eorum tenuitatem, vel nuditatem potiùs, boni conſulas, vale.

Auctoris Carmen ad Librum.

SI quis te Criticus docto perſtrinxerit ungue,
Sint tibi Cenſoris munera grata tui.
Grates lætus ages, torvos ne contrahe vultus,
Nec ſigna ingrati pectoris ulla dabis.
Si quis Ariſtarchus forſan laudaverit idem,
Lumina dejicies, occupet ora rubor.
Nec te mulceri flatu patiaris inani,
Debetur ſoli Gloria jure DEO.

Idem ad Chriſtianum Præceptorem.

PAucis te volo, Chriſtiane Doctor,
Aurem, quæſo benignus admoveto.
Mores ſi doceas pios, pudicos,
Primùm, dein monumenta purioris
Linguæ, cum pietate copulata
Vera, te faciet beatioris
Vitæ participem Omnium Magiſter.

EMMA-

EMMANUELIS ALVARI
E SOCIETATE JESU
LIBER I.
DE INSTITUTIONE GRAMMATICA.
PRÆFATIO.

IUre optimo labor hic, qualis cunque eſt, fruſtrà ſuſceptus in tanta librorum multitudine videri poſſet, niſi ſingularis illa virtus, quâ res parvæ creſcunt, & ſinè qua maxima dilabuntur, nos tueretur. Etenim cùm Patribus noſtris illud imprimis propoſitum ſit, atque ob oculos perpetuò verſetur, ut qui Societati JESU, ejuſdem DEI Optimi Maximi beneficio nomen dedimus, non ſolùm in iis, quæ propria ipſius ſunt inſtituti, verùm etiam in rebus, quæ minimi videntur eſſe momenti, concordiſſimè vivamus; viſum eſt, ab aliquo noſtrûm Grammaticam artem ſcribendam eſſe, quâ ubique terrarum, quoad ejus fieri poſſet, noſtri uterentur. Quod onus, cùm mihi eſſet impoſitum, id equidem non meis humeris (ſcio enim quàm ſim imbecillis) ſed ſan-

Digitized by Google

ſta Obedientiæ virtute fretus , libenter ſuſcepi. Nam ei , qui ſponte ſuâ , ſui juris eſſe deſiit , proprióque judicio , atque voluntati propter Deum nuntium remiſit , non tam inſcitiæ nota , quàm non obedientis animi crimen pertimeſcendum eſt. Suſcepto itaque onere , operam dedi , ne officio meo deeſſem : fontes ipſos adii , M. Varronis Romanorum omnium eruditiſſimi libros de Etymologia , atque Analogia ; duodecim Fabij Quintiliani de Inſtitutione Oratoria , qui magnum adjumentum attulerunt ; Auli Gellii noctium Atticarum undeviginti , Probi , Diomedis , Phocæ , Donati , Priſciani Inſtitutiones Grammaticas , ùt potui , perlegi : quorum poſtremus ante mille annos , Juſtiniani Principis ætate , Athenis floruit. Is præter cæteros , decem & octo libros ſcripſit , in quibus paſſim Hominum doctiſſimorum teſtimoniis utitur , quorum hodie aut nulla , aut perexigua exſtant veſtigia. Eſt ille quidem ſermone inornato , & incompto , ſed multâ & variâ eruditione. Labitur interdum ùt homo , maximè ubi Latina Præcepta ùt Græcus ad Græcorum normam exigit : ſed graviſſimorum Auctorum , quos tertio quoque verbo citat , præclarâ atque luculentâ doctrinâ , ejus errata obteguntur penitùs & obſcurantur. De rebus vel minimis , tenuiſſimiſque , hoc eſt , primis elementis , inſigni diligentiâ , teſtes locupletiſſimos M. Varronem , C. Cæſarem , Plinium , *atque alios quàm plurimos producit. Nemo mihi quidem rem Grammaticam copioſiùs , nemo accuratiùs aut tractâſſe , aut plures veterum Grammaticorum commentarios videtur pervolutâſſe. Quod ad recentiores attinet , eos potiſſimùm evolvimus , qui nobis uſui*

uſui eſſent futuri. Jactis ad hunc modum fundamentis, ex utriuſque Grammatices Præceptis optima delegimus, quæ Terentij, Ciceronis, Cæſaris, Livij, Virgilij, Horatij, *atque aliorum veterum teſtimonijs, pro noſtra tenui, infirmáque parte confirmavimus. De his, ſi qui fortè in hunc librum incidiſſent, breviter putavimus admonendos. Reliquum eſt, quoniam librorum infinitus eſt numerus, ſcribendorum nullus eſt finis, ut convenienter divinis Præceptis, congruentérque vivamus, ita enim fiet, ut in libro vitæ conſcripti DEI Optimi Maximi conſpectu, cui hoc Opuſculum dicamus, perpetuò fruamur.*

ADMONITIO AUCTORIS.

CUm præclarum illud Horatij dictum:
Quo ſemel eſt imbuta recens, ſervabit odorem Teſta diu.

Veriſſimum eſſe, re ipsâ quotidie experiamur; dabit imprimis operam Præceptor, ut diſcipuli etiam nunc Tyrones, & Latinæ Linguæ rudes, jam inde à principio optimæ pronuntiationi aſſueſcant: quod ut faciliùs aſſequantur, ſtudiosè diligentérque obſervabit, quibus præcipuè vitiis laberet ea regio, in qua ſibi commiſſam juventutem inſtituet. Nam ſingulis ferè Nationibus domeſtica ac nativa inſunt vitia, quibus Latini ſermonis ſplendor obſcuratur, atque penè obruitur. Noſtrates pueri, ſi Magiſtrum diligentem, ac bene pronuntiandi ſtudioſum nacti fuerint, non malè equidem pronuntiant; ſin verò in eum inciderint, qui officio ſuo deſit, ac de auditorum progreſſu parùm ſit ſollicitus, barbarè literas M & N, extremas ſonant. Utuntur enim literâ neſcio quâ, nothâ, & adulterinâ, cujus literæ *P. Nigidius apud A Gellium lib. 19. cap. 14.* mentionem facit. *Inter literam*, inquit, *N & G. eſt alia vis, ùt in nomine Anguis & Angaria & Anchora, & Incrépat, & Incurrit, & Ingenuus. In omnibus enim his non verum N, ſed adulterinum ponitur: Nam N, non eſſe, lingua indicio eſt. Nam ſi ea litera eſſet, lingua palatum tangeret.*

nt. Hæc ille. Loquitur, ùt vides, non de extrema litera N, ſonus tamen & pronuntiatio eadem prorsùs eſt, quæ noſtratium M & N, cùm ſunt ultimæ: eodem enim modo Barbari, M & N extremas pronuntiant. D, T itidem extremas ſæpè numero intactas omittunt: interdum poſteriori Vocalem E adjungunt, Eſte, Abeſte, pro Eſt, Abeſt, dicentes. C ultimæ eandem vocalem addunt, eámque ſono accedente ad litteram Q pronuntiant, Hice, Hæce, Hoce, effutientes: quos ne primam quidem nominum formam patietur Præceptor ediſcere, niſi priùs hanc barbariem penitùs exuerint. Nam, cùm pronomen hoc crebrò ſit uſurpandum, opus eſt, ut id antè optimè pronuntient, quàm memoriæ infigant. In mediis Vocalibus C. ante T, vix attingunt. Pactum, delectum, dictum, doctum, ductum, quæque ſunt generis ejuſdem, C. literâ privantes. Eâdem injuriâ afficiunt P, ante T, & S, Aptus, ineptus, ſcriptus, ruptus, carpſi, repſi, ſcripſi, nupſi, ſiquidem in his & ſimilibus verbis vix auditur P. Iidem alterum S nonnunquam ſupprimunt, diſſero, diſſolvo, diſſitum, & nonnulla id genus perperàm ſonantes. U poſt literas Q & G, cùm liqueſcit, ita opprimunt, vel potiùs extinguunt, ut Quare, Quam, Aqua, Lingua, & alia ejuſdem generis verba fœdiſſimè corrumpant. Jam verò X, quocunque loco fuerit, pronuntiantes, pingue quiddam, & peregrinum ſonant; uſque eò, ut cùm verbi causâ, dixi, pronuntiârint; credas te

non Romanum, ſed Arabicum verbum audiiſſe. In his atque cæteris vitiis exſtirpandis, nervos omnes vigilans & induſtrius Præceptor contendet: varia remedia excogitabit, quibus os linguámque rudem informet: attentiſſimo ac libentiſſimo animo ſuos Tyrones legentes audiet: curabit, ut M preſſis labiis ſonent: docebit N ita pronuntiandum, ut lingua palatum tangat: etiam atque etiam inſtabit, urgebit, ut Hic, Hæc, Hoc, ita pronuntient, ut Vocalem, quam de ſuo addunt, procul abjiciant: X in priſtinum ſtatum reſtituet, ac frequentiſſimè inculcabit compendium eſſe duarum literarum C & S, neque aliter Dixi pronuntiandum eſſe, quàm ſi per C & S ſcriberetur Dicsi. Rubiginem in elementariis ludis contractam diligentiſſimè deterget, in his enim multa variáque pronuntiationis monſtra naſcuntur. Hinc frequentes illi barbariſmi Dejo, mejo, Dejum, mejum, meja, mejam, mejas, noſtratibus in ore ſunt: ſiquidem I poſt E pronuntiant, quoties dictio in ſyllabas eum, eo, eos, eam, ea, eas, deſinit. Hinc Eitiam tertio quoque verbo pro Etiam. In iiſdem ſyllabariis ſcholis pleraque omnia, quæ ſuprà diximus, orta ſunt vitia: nam dum verba articulatim ſyllabatímque potiùs mandant, quàm ſonant, literáſque aliàs detrahunt, aliis alias permutant, ſonos fingunt novos inauditos. Quare congerenda eſt magna verborum ſylva, quorum pronuntiatio difficilior ſit, quibuſcum tamdiu novi Palæſtritæ luctabuntur, donec devicta, & proſtrata fœdiſſima barbaries, è palæ-

palæſtra, Gymnaſióque extrudatur, & in perpetuum relegetur. Hoc idem *Fabius lib.* 1. initio vehementer Præceptoribus commendat his verbis: *Non alienum fuerit ab iis ætatibus, quo ſit abſolutius os & expreſſior ſermo, ut nomina quædam, verſúsque affectatæ difficultatis ex pluribus aſperrimè coëuntibus inter ſe ſyllabis catenatos, & velut confragoſos quàm citiſſimè volvant, χαλιvοὶ Græcè vocantur.* Res modica dictu, quâ tamen omiſsâ, multa linguæ vitia, niſi primis eximantur annis, inemendabili impoſterum pravitate durant. Latinum Alphabetum vel ſyllabatim dictare non erubeſcet: alioquin id, quod ſæpè uſu venit, poſt multos annos analphabeti reperientur, Eme, Ene, Erre, & alia his deteriora literarum nomina perridiculè uſurpantes. Quòd ſi Profeſſor id exiſtimabit humilius eſſe, quàm ut ſuum Gymnaſium deceat, potiúsque ad elementarios, abecedarióſque Magiſtros ſpectare; meminerit & ſe, & eam, quam profitetur artem, ab elementis, literiſque nomen traxiſſe. Nos certè, quoniam in eadem verſamur, ipſum non nudis formis, ſed plenis nominibus libentiſſimè ſubjicimus, *A, Be, Ce, De, E, Ef, Ge, Ha, I, Kappa, El, Em, En, O, Pe, Qu, Er, Es, Te, U, Ix, Ypſilon, Zeta.* Multa denique, ne longior ſim, Tyrunculis diſcenda, multa dediſcenda ſunt, pro variis Nationum linguis & vitiis, quæ præceptor pro ſua prudentia, ac eruditione, etiam atque etiam conſiderabit.

DE NOMINUM DECLINATIONE.

VETERES *illi ac nobiles Grammatici, vel Ciceronis florentiſſimâ ætate, nominibus declinandis Pronomen ſive Articulum (nam utroque modo à Terentio Varrone dicitur)* Hic, Hæc, Hoc, *caſibus, omnibus, præponebant, quo tum nominum genera, tum caſus notabant; Non quòd Græcorum more Romani articulos in oratione adhiberent, ſed ut expeditiùs rem Grammaticam tractarent: ne ſi virile, muliebre, ac neutrum genus, nominandi, interrogandi, dandi, cæteriſque, caſibus, ſæpiùs inculcarent, legentibus tædium afferrent. Quâ declinandi ratione,* M. Varro *Romanorum eruditiſſimus, frequentiſſimè utitur, in iis libris, quos de Analogia ſcriptos reliquit, in quorum tertio*, Dicunt, *inquit*, non habere caſus Mox, & Vix; Nequam habere, quòd dicamus, hic Nequam, hujus Nequam, huic Nequam. *Idem in eodem, ubi de naturali, & voluntaria declinatione agit.* Naturam dico, cùm univerſi acceptum nomen ab eo, qui imponit, non acquirimus, quemadmodum id velit declinari, ſed ipſi declinamus, ùt hujus Romæ, hanc Romam: *in eodem.* Dicitur enim hic Lepus, & hoc Nemus; ſi ejuſdem generis eſſent, utrique præponeretur idem, ac diceretur, aut hic Lepus, & hic Nemus, aut hoc Lepus, & hoc Nemus.

P. N.

P. Nigidius, *quem M. Tullius propter excellentem & ingenij, & eruditionis præſtantiam coluit*, *atque plurimi fecit*, *in quarto & vigeſimo Commentariorum Grammaticorum apud Gellium lib. 13. cap. 24.* Si hujus, *inquit*, amici, vel hujus magni, ſcribas, unum I facito extremum: ſin verò hi amicei, hi magnei, caſu multitudinis recto, tunc ante I ſcribendum erit E, atque id ipſum facies in ſimilibus. *Eodem modo* Fabius, Probus, Gellius *locuti ſunt*, *& qui poſt eos Præcepta Grammatices tradiderunt.* Donatus *non ſolùm articulos caſibus*, *ſed ipſis etiam articulis caſuum appellationes præpoſuit*: *hoc modo Nominativo hic Magiſter*, *Genitivo hujus Magiſtri*, *Dativo huic Magiſtro.* Diomedes *veterum ritu articulis contentus fuit. Quid ergo*, *dicet aliquis*, *tibi in mentem venit*, *ut à graviſſimorum Hominum ſententia recederes? Ego verò*, *tantum abeſt ut ab eorum ſententia receſſerim*, *ut ipſos etiam in his Commentariolis*, *ad imitandum mihi potiſſimum propoſuerim. Quibus igitur rationibus adductus*, *pueris declinationum formas*, *prætermiſſis articulis*, *ediſcendas proponis? Nimirum*, *quia ſatìs ſupérque arbitror caſuum vocabula*, *ipſis caſibus proponere*, *articulos verò Nominum tantùm poſitionibus*, *rectiſque caſibus. Aliud eſt enim rationem*, *viámque tradere*, *qua Latinam Linguam diſcas*, *aliud Grammaticas quæſtiones explicare*, *modóſque difficiles expedire*, *hìc & articulis*, *licèt utare*, *& alijs*, *quæ Grammaticorum quidem ſunt propria*, *ſed à Latini ſermonis cultu*, *& elegantia longè alieniſſima*, *illinc omnia*, *quæ potiùs impedimento*, *quàm emolumento eſſe poſſunt*, *quoad ejus fieri poterit*, *removenda ſunt.*

Quor-

Quorſum enim ea Pueri memoriæ mandent, quæ nullam ipſis utilitatem ſint allatura? Quid attinet nomina articulis infarcire, quorum nullus in oratione Latina ſit uſus? Quod ſi priſcis illis temporibus in ſtudio fuit Ludimagiſtris, ut Pueros Nomina in caſus inclinantes articulis tanquam crepitaculis quibusdam oblectarent, nemini id mirum videri debet; ſiquidem eâ ætate Latinam Linguam cum lacte nutricis ſugebant. Nobis verò non idem licet, qui Muſas non domi natas, ſed multo ſudore partas colimus. Quæ cùm ità ſint, ea doceantur, quæ brevi eis uſui futura ſunt. Incipiant jam nunc loco Articulorum mobilia nomina cum fixis conjungere, & in ipſo primo aditu veſtibulóque Grammaticæ, adjectivi ac ſubſtantivi Nominis conſenſum, concordiámque deguſtare, ac rectæ conſtructionis partem, licèt imprudentes, experiri: Ita enim fiet, ut aſſiduâ exercitatione, tum expeditiùs, tum faciliùs & ſcribant & loquantur. Quæ me cauſa movit, ut declinandi initium à muliebri vocabulo facerem, ut vel primo ipſo die, quo Grammaticam attigiſſent, aliquem ſui laboris fructum perciperent, nam adjectiva, ſi ejuſdem ſint formæ, atque exitûs, ſinè ullo labore cum Subſtantivis copulant, ùt: Ferula acerba: ſin autem figurâ ab iiſdem diſcrepent, non ſtatim, ſed paucis poſt diebus declinanda ſunt, ùt: Ferula minax, Muſa dulcis.

PRI-

PRIMA NOMINUM DECLINATIO.

MUSA, nomen Declinationis primæ, generis Fœminini, numeri Singularis, ſic declinabitur.

Nominativo	hæc	Muſa	Die Kunſt.
Genitivo	hujus	Muſæ	der Kunſt.
Dativo	huic	Muſæ	der Kunſt.
Accuſativo	hanc	Muſam	die Kunſt.
Vocativo	ô	Muſa	O du Kunſt.
Ablativo	ab hac	Muſa	von der Kunſt.

Numero Plurali.

Nominativo	hæ	Muſæ	Die Künſte.
Genitivo	harum	Muſarum	deren Künſten.
Dativo	his	Muſis	denen Künſten.
Accuſativo	has	Muſas	die Künſte.
Vocativo	ô	Muſæ	O ihr Künſte.
Ablativo	ab his	Muſis	von denen Künſten.

Sic inflectitur, Hæc Muſa jucunda. Hæc ferula acerba. Paucis poſt diebus. *Hæc Muſa dulcis. Hæc ferula minax. Hic nauta vigilans. Hic Poëta optimus.*

Aſſueſcant Pueri in ipſo Primo aditu, veſtibulóque Grammaticæ adjectiva nomina cum ſubſtantivis copulare; Adjectiva ne multa ſint, ne inepta, ne temerè congeſta: ſint delecta, à bonis authoribus petita, ad ſummum duo, ùt: Puer verecundus & ingenioſus.

SE-

SECUNDA DECLINATIO.

Dominus, nomen Declinationis ſecundæ, generis Maſculini, numeri Singularis, ſic declinabitur.

Nominativo	hic	Dominus	Der Herr.
Genitivo	hujus	Domini	Des Herrn.
Dativo	huic	Domino	Dem Herrn.
Accuſativo	hunc	Dominum	Den Herrn.
Vocativo	ô	Domine	O du Herr.
Ablativo	ab hoc	Domino	Von den Herrn.

Numero plurali.

Nominativo	hi	Domini	Die Herren.
Genitivo	horum	Dominorum	Deren Herren.
Dativo	his	Dominis	Denen Herren.
Accuſativo	hos	Dominos	Die Herren.
Vocativo	ô	Domini	O ihr Herren.
Ablativo	ab his	Dominis	Von denen Herren.

Hic Dominus juſtus. Hic Dominus bonus. Aliquot poſt dies. *Hic Dominus prudens. Hic animus generoſior. Hæc populus proceriſſima.*

Tempus, nomen Declinationis ſecundæ, generis Neutrius, numeri Singularis, ſic declinabitur.

Nominativo	hoc	Templum	Die Kirche.
Genitivo	hujus	Templi	Der Kirchen.
Dativo	huic	Templo	Der Kirchen.
Accuſativo	hoc	Templum	Die Kirche.
Vocativo	ô	Templum	O du Kirche.
Ablativo	ab hoc	Templo	Von der Kirchen.

Numero Plurali.

Nominativo	hæc	Templa	Die Kirchen.

Geni-

Genitivo	horum	Templorum	Deren Kirchen.
Dativo	his	Templis	Denen Kirchen.
Accuſativo	hæc	Templa	Die Kirchen.
Vocativo	ô	Templa	O ihr Kirchen.
Ablativo	ab his	Templis	Von denen Kirchen.

Hoc templum ſanctiſſimum. Hoc ingenium eximium. Suo tempore. *Hoc Templum ingens. Hoc ingenium illuſtre, &c.*

Neutra habent tres ſimiles Caſus, nominandi, accuſandi, & vocandi, iique in numero multitudinis A literâ terminantur.

TERTIA DECLINATIO.

SERMO, nomen Declinationis tertiæ, generis Maſculini, numeri Singularis, ſic declinabitur.

Nominativo	hic	Sermo	Die Rede.
Genitivo	hujus	Sermonis	Der Rede.
Dativo	huic	Sermoni	Der Rede.
Accuſativo	hunc	Sermonem	Die Rede.
Vocativo	ô	Sermo	O du Rede.
Ablativo	ab hoc	Sermone	Von der Rede.

Numero Plurali.

Nominativo	hi	Sermones	Die Reden.
Genitivo	horum	Sermonum	Deren Reden.
Dativo	his	Sermonibus	Denen Reden.
Accuſativo	hos	Sermones	Die Reden.
Vocativo	ô	Sermones	O ihr Reden.
Ablativo	ab his	Sermonibus	Von denen Reden.

Hic ſermo elegans, quotidianus. Hæc virtus admiranda. Hæc Oratio elegantior, &c.

TEM-

Digitized by Google

Tempus, nomen Declinationis tertiæ, generis Neutrius, numeri Singularis, ſic declinabitur.

Nominativo	hoc	Tempus	Die Zeit.
Genitivo	hujus	Temporis	der Zeit.
Dativo	huic	Tempori	der Zeit.
Accuſativo	hoc	Tempus	die Zeit.
Vocativo	ô	Tempus	O du Zeit.
Ablativo	ab hoc	Tempore	von der Zeit.

Numero Plurali.

Nominativo	hæc	Tempora	Die Zeiten.
Genitivo	horum	Temporum	deren Zeiten.
Dativo	his	Temporibus	denen Zeiten.
Accuſativo	hæc	Tempora	die Zeiten.
Vocativo	ô	Tempora	O ihr Zeiten.
Ablativo	ab his	Temporibus	von denen Zeitē.

Ita; Hoc tempus brevius. Hoc tempus pretioſum. Hoc tempus velox. Hoc nomen celebre. Hoc ſlumen rapidum.

Parens, nomen Declinationis tertiæ, generis Communis, numeri Singularis, ſic declinabitur.

Nominativo hic & hæc Parens Der Vatter /
Genitivo hujus Parentis (oder die Mutter.
Dativo Huic Parenti.
Accuſativo hunc & hanc Parentem.
Vocativo ô Parens.
Ablativo ab hoc & hac Parente.

Pluraliter.

Nominativo hi Parentes. Die Eltern.
Genitivo horm Parentum.
Dativo his Parentibus.
Accuſativo hos Parentes.

Vocativo	ô	Parentes.	
Ablativo	ab his	Parentibus.	

Sic: *Hic & hæc civis.* *Hic & hæc hoſtis.*

His Nominibus addantur Adjectiva, non conjunctim, ſed ſeparatim. Hic civis Romanus. Hæc civis Romana.

QUARTA DECLINATIO.

SENSUS, nomen Declinationis quartæ, generis Maſculini, numeri Singularis, ſic declinabitur.

NOminativo	hic	Senſus	Der Sinn.
Genitivo	hujus	Sensûs	Deß Sinns.
Dativo	huic	Senſui	Dem Sinn.
Accuſativo	hunc	Senſum	Den Sinn.
Vocativo	ô	Senſus	O du Sinn.
Ablativo	ab hoc	Senſu	Von den Sinn.

Numero Plurali.

Nominativo	hi	Senſus	Die Sinne.
Genitivo	horum	Senſuum	Deren Sinnen.
Dativo	his	Senſibus	Denen Sinnen.
Accuſativo	hos	Senſus	Die Sinne.
Vocativo	ô	Senſus	O ihr Sinne.
Ablativo	ab his	Senſibus	Von denē Siñen.

Hic ſenſus hebes. Hic ſenſus tardus. Hic ſenſus tenuis. Hæc anus delira.

GENU, nomen Declinationis quartæ, generis Neutrius, numeri Singularis, ſic declinabitur.

NOminativo	hoc	Genu	Das Knye.
Genitivo	hujus	Genu	Deß Knyes.
Dativo	huic	Genu	Dem Knye.
Accuſativo	hoc	Genu	Das Knye.

Voca-

Vocativo	ô	Genu	O du Knye.
Ablativo	ab hoc	Genu	Von dem Knye.

Pluraliter.

Nominativo	hæc	Genua	Die Knye.
Genitivo	horum	Genuum	Deren Knyen.
Dativo	his	Genibus	Denen Knyen.
Accuſativo	hæc	Genua	Die Knye.
Vocativo	ô	Genua	O ihr Knye.
Ablativo	ab his	Genibus	Von denen Knyen.

Hoc genu flexum. Hoc genu tumens. Hoc cornu recurvum, ramoſum.

QUINTA DECLINATIO.

Dies, nomen Declinationis quintæ, numeri Singularis, generis Communis, ſic declinabitur.

Nominativo	hic & hæc	Dies	Der Tage.
Genitivo	hujus	Diei	Deß Tages.
Dativo	huic	Diei	Dem Tage.
Accuſativo	hunc & hanc	Diem	Den Tage.
Vocativo	ô	Dies	O du Tage.
Ablativo	ab hoc & hac	Die	Von dem Tage.

In Plurali Maſculini tantùm.

Nominativo	hi	Dies	Die Tåge.
Genitivo	horum	Dierum	Deren Tågen.
Dativo	his	Diebus	Denen Tågen.
Accuſativo	hos	Dies	Die Tåge.
Vocàtivo	ô	Dies	O ihr Tåge.
Ablativo	ab his	Diebus	Von denen Tågen.

Hic dies lætiſſimus. Hic dies illuſtris. Hæc res domeſtica. Hæc res familiaris.

DE

DE NOMINUM ADJECTIVORUM DECLINATIONIBUS DIRECTIS, ET OBLIQUIS.

Bonus, bona, bonum, Nomen mobile, Declinationis primæ & ſecundæ, numeri Singularis, ſic declinabitur.

Nominativo	hic Bonus Der hæc Bona Die hoc Bonum Das	gute.
Genitivo	hujus Boni Deß hujus Bonæ Der hujus Boni Deß	guten.
Dativo	huic Bono Dem huic Bonæ Der huic Bono Dem	guten.
Accuſativo	hunc Bonum Den guten. hanc Bonam Die gute. hoc Bonum Das gute.	
Vocativo ô	Bone O du guter. Bona O du gute. Bonum O du gutes.	
Ablativo ab	hoc Bono von dem hac Bona von der hoc Bono von dem	guten.

Pluraliter.

Nominativo	hi Boni hæ Bonæ hæc Bona	Die gute.

Digitized by Google

Genitivo	horum	Bonorum	Deren guten.
	harum	Bonarum	
	horum	Bonorum	
Dativo	his	Bonis,	Denen guten.
Accuſativo	hos	Bonos	Die gute.
	has	Bonas	
	hæc	Bona	
Vocativo ô		Boni	O ihr gute.
		Bonæ	
		Bona	
Ablativo	ab his	Bonis	Von denen guten.

Subjecta Nomina eodem modo declinantur, niſi quòd caſus interrogandi ſyllabâ IUS, dandi verò I. literâ terminetur.

ALter, altera, alterum: alterius, alteri.
Alius, alia, aliud: alius, alij.
Solus, ſola, ſolum: ſolius, ſoli.
Totus, tota, totum: totius, toti.
Unus, una, unum: unius, uni.
Ullus, ulla, ullum: ullius, ulli.
Nullus, nulla, nullum: nullius, nulli.
Uter, utra, utrum: utrius, utri.
Neuter, neutra, neutrum: neutrius, neutri.
Uterque, utraque, utrumque: utriusque, utrique.
Alteruter, alterutra, alterutrum: alterutrius, & alteriusutrius: alterutri.

Priſcis illis temporibus uſitatam, ac tritam declinandi rationem ſervabant: Alter, alteri, altero,: Alius, alij, alio, *Et cætera eodem modo. Hinc genitivo* neutri *utitur Varro lib. 2. de Analog. quem genitivum à pri-*

ſcis

ſcis acceptum ſuo jure conſervârunt, & retinuerunt Grammatici.

TERTIA NOMINUM ADJECTIVORUM DECLINATIO.

ACER, acris, acre, nomen Adjectivum Declinationis tertiæ, numeri Singularis, ſic declinabitur.

Nominativo	hic Acer	Der ſcharffe.
	hæc Acris	Die ſcharffe.
	hoc Acre	Das ſcharffe.
Genitivo	hujus Acris,	Deß/ der/ deß ſcharffen.
Dativo	huic Acri,	Dem/ der/ dem ſcharffen.
Accuſativo	hunc & hanc Acrem	Den ſcharffen. Die ſcharffe.
	& hoc Acre	Das ſcharffe.
Vocativo ô	Acer	O du ſcharffer.
	Acris	O du ſcharffe.
	Acre	O du ſcharffes.
Abl.	hoc hac hoc Acri	Von dem/der/dem ſcharffen.

Pluraliter.

Nominat.	hi hæ Acres & hæc Acria,	Die ſcharffe.
Gen.	horum harum horum Acrium	Deren ſcharffen.
Dativo	his Acribus	Denen ſcharffen.
Accuſat.	hos has Acres & hæc Acria	Die ſcharffe.
Vocativo	ô Acres & Acria	O ihr ſcharffe.
Ablativo	ab his Acribus	Von denen ſcharffen.

Sic declinantur Alacer, Celer, Equeſter, Volucer, Sylveſter.

Si Nomen Adjectivum habuerit tres formas, prima erit generis Maſculini, altera Fœminini, tertia Neutrius.

Brevis, & Breve, Nomen Adjectivum, Declinationis tertiæ, numeri Singularis, ſic declinabitur.

Nominat. { hic & hæc Brevis } Der kurtze. Die kurtze.
{ & hoc Breve } Das kurtze.
Genitivo hujus Brevis Deß/Der/Deß kurtzen.
Dativo huic Brevi Dem/Der/Dem kurtzen.
Accuſat. { hunc, hanc Brevem } Den kurtzen. Die kurtze.
{ & hoc Breve } Das kurtze.
Vocativo ô { Brevis } O du { kurtzer. kurtze.
{ & Breve } kurtzes.
Abl. ab hoc, hac, hoc Brevi von dem/der/dem kurtzē.

Numero Plurali,

Nominat. hi, hæ Breves & hæc Brevia Die kurtze.
Genit. horum, harum, horum Brevium Deren kurtzē.
Dativo his Brevibus Denen kurtzē.
Accuſat. hos, has Breves & hæc Brevia Die kurtze.
Vocativo ô Breves & Brevia O ihr kurtzen.
Ablativo ab his Brevibus Von denen kurtzen.

Si Adjectivum nomen duas habuerit formas, prior erit generis Communis, poſterior Neutrius.

Brevior, & Brevius, Nomen Comparativum, Declinationis tertiæ, numeri Singularis, ſic declinabitur.

Nominativo hic & hæc Brevior, & hoc Brevius.
Genitivo Brevioris.
Dativo Breviori.
Accuſativo Breviorem, & Brevius.

Voca-

Vocativo	ô	Brevior, & Brevius.
Ablativo	à	Breviore, vel Breviori.

Pluraliter.

Nominativo		Breviores, & Breviora.
Genitivo		Breviorum.
Dativo		Brevioribus.
Accuſativo		Breviores, & Breviora.
Vocativo	ô	Breviores, & Breviora.
Ablativo	à	Brevioribus.

Felix, Nomen Adjectivũ, Declinationis tertiæ, generis Omnis, numeri Singularis, ſic declinabitur.

Nominat.	hic, hæc, hoc	Felix	Der Glückſeelige.
Genitivo	hujus	Felicis	Deß Glückſeeligen
Dativo	huic	Felici	Dem Glückſeeligẽ.
Acc.	hunc, hanc Felicẽ, & hoc	Felix	Den Glückſeeligẽ.
Vocativo	ô	Felix	O du Glückſeeliger.
Abl.	ab hoc, hac, hoc	Felice vel Felici	Von dẽ Glückſeeligen.

Numero Plurali.

Nom.	hi, hæ Felices, & hæc	Felicia	Die Glückſeelige.
Gen.	horum, harum, horum	Felicium	Deren Glückſeeligen.
Dativo	his	Felicibus	Denen Glückſeeligen.
Acc.	hos, has, Felices, & hæc	Felicia	Die Glückſeelige.
Vocativo	ô	Felices, & Felicia	O ihr Glückſeelige.
Ablativo	ab his	Felicibus	Von denen Glückſeeligen.

Si Nomen Adjectivum unam tantùm habuerit formam, erit generis omnis.

Cùm ſextus caſus Nominum, quæ junctis literis N *& S terminantur, in E, ùt Verius Flaccus auctor graviſſimus docet, ferè exeat; cùmque Genitivus multitu-*

 dinis

dinis eorundem Nominum raró ab Oratoribus imminuitur, ſiquidem diligentium, elegantium, ingentium, *& alios id genus caſus, plenos non imminutos*, diligentum, elegantum, &c. *fermè uſurpant; in locum Nominis* prudens, *ſubſtituimus* felix, *ne imperitis errandi anſam daremus. Non negamus eſſe quædam, quorum Ablativus etiam I literâ finitur, cujuſmodi ſunt*, ingens, recens, vehemens: *de quibus atque Participiis, quæ ejuſdem poſitionis, fuſiùs ſuo loco diximus. Hic enim tantùm nobis admonendus fuit Lector de hac exemplorum permutatione.* Felix *imprimis placuit, quòd eô Diomedes, & Donatus uſi fuerint.*

NOMINA ANOMALA.

Nominat.	hæc	Domus	Das Hauß.
Genit.	hujus	Domi vel Domûs	Deß Hauſes.
Dativo	huic	Domui	Dem Hauſe.
Accuſativo	hanc	Domum	Das Hauß.
Vocativo	ô	Domus	O du Hauß.
Ablativo	ab hac	Domo	Von dem Hauſe.

Pluraliter.

Nominativo	hæ	Domus	Die Häuſer.
Genit.	harũ	Domorũ vel Domuum	Deren Häuſern.
Dativo	his	Domibus	Denen Häuſern.
Accuſat.	has	Domos, vel Domus	Die Häſer.
Vocativo	ô	Domus	O ihr Häuſer.
Ablativo	ab his	Domibus	Von denen Häuſern.

Pluraliter.

Nominativo { Duo / Duæ / Duo } Zwey.

Geni-

Digitized by Google

Genitivo	Duorum Duarum Duorum	Zweyer.
Dativo	Duobus Duabus Duobus	Zweyen.
Accuſativo	Duos, vel Duo Duas Duo	Zwey.
Vocativo ô	Duo Duæ Duo	O ihr Zwey.
Ablativo à	Duobus Duabus Duobus	Von denen Zweyen.

AMBO, eodem modo declinatur.

Pluraliter.

Nominativo	Ambo Ambæ Ambo	Beyde.
Genitivo	Amborum Ambarum Amborum	Beyder.
Dativo	Ambobus Ambabus Ambobus	Beyden.
Accuſativo	Ambos, vel Ambo Ambas Ambo	Beyde.

Vocativo ô	Ambo Ambæ Ambo	O ihr Beyde.
Ablativo ab	Ambobus Ambabus Ambobus	Von Beyden.

Duo *vel* Ambo *accuſandi caſûs generis maſculini non ſunt in uſu, niſi apud Poëtas.*

DE PRONOMINUM PRIMITIVORUM DECLINATIONE.

Ego, Pronomen Perſonæ primæ, numeri Singularis, ſic declinabitur.

Nominativo		Ego	Ich.
Genitivo		Mei	Meiner.
Dativo		Mihi vel mî	Mir.
Accuſativo		Me	Mich.
Ablativo	à	Me	Von mir.

Pluraliter.

Nominativo		Nos	Wir.
Genitivo		Noſtrûm vel noſtri	Unſer.
Dativo		Nobis	Uns.
Accuſativo		Nos	Uns.
Ablativo	à	Nobis	Von Uns.

Tu, Pronomen Perſonæ ſecundæ, numeri Singularis, ſic declinabitur.

Nominativo	Tu	Du.
Genitivo	Tui	Deiner.
Dativo	Tibi	Dir.

Accu-

Accuſativo		Te	Dich.
Vocativo	ô	Tu	O du.
Ablativo	à	Te	Von dir.

Pluraliter.

Nominatio		Vos	Ihr.
Genitivo		Veſtrûm vel veſtri.	Euer.
Dativo		Vobis	Euch.
Accuſativo		Vos	Euch.
Vocativo	ô	Vos	O ihr.
Ablativo	à	Vobis.	Von euch.

Sui, Pronomen Perſonæ tertiæ, numeri utriusque, ſic declinabitur.

Genitivo		Sui	Seiner.
Dativo		Sibi	Ihm.
Accuſativo		Se	Sich.
Ablativo	à	Se	Von ſich.

Pluraliter.

Genitivo		Sui	Ihrer.
Dativo		Sibi	Ihnen.
Accuſativo		Se	Sich.
Ablativo	à	Se	Von ſich.

Pronomina, Hic, Iſte, Ille, Ipſe, Is, Idem, quæ aliquâ ex parte primam, & ſecundam Nominum AdjectivorumDeclinationem imitantur, ſic declinabuntur.

Nominativo	Hic	Der.
	Hæc	Die.
	Hoc	Das.

Geni-

Genitivo	Hujus	Deß. Der. Deß.
Dativo	Huic	Dem. Der. Dem.
Accuſativo	Hunc Hanc Hoc	Den. Die. Das.
Ablativo ab	Hoc Hac von Hoc	Dem. Der. Dem.

Pluraliter.

Nominativo	Hi Hæ Hæc	Die:
Genitivo	Horum Harum Horum	Deren.
Dativo	His	Denen.
Accuſativo	Hos Has Hæc	Die
Ablativo	ab His	Von denen.

Numero Singulari.

Nominativo	Iſte Iſta Iund	Dieſer. Dieſe. Dieſes.

Geni.

Digitized by Google

Genitivo	Iſtius.	Dieſes. Dieſer. Dieſes.
Dativo	Iſti	Dieſem. Dieſer. Dieſem.
Accuſativo	Iſtum Iſtam Iſtud	Dieſen. Dieſe. Dieſes.
Ablativo ab	Iſto Iſta von Iſto	Dieſem. Dieſer. Dieſem.

Pluraliter.

Nominativo	Iſti Iſtæ Iſta	Dieſe.
Genitivo	Iſtorum Iſtarum Iſtorum	Dieſer.
Dativo	Iſtis	Dieſen.
Accuſativo	Iſtos Iſtas Iſta	Dieſe.
Ablativo ab	Iſtis	Von dieſen.

Numero Singulari.

NOminativo	Ille Illa Illud	Jener. Jene. Jenes.
Genitivo	Illius.	Jenes. Jener. Jenes.

Dati-

Dativo	Illi		Jenem. Jener. Jenem.
Accuſativo	Illum Illam Illud		Jenen. Jene. Jenes.
Ablativo ab	Illo Illa Illo	von	Jenem. Jener. Jenem.

Pluraliter.

Nominativo	Illi Illæ Illa	Jene.
Genitivo	Illorum Illarum Illorum	Jener.
Dativo	Illis	Jenen.
Accuſativo	Illos Illas Illa	Jene.
Ablativo ab	Illis	Von Jenen.

Numero Singulari.

Nominativo	Ipſe Ipſa Ipſum	Er. Sie. Das.
Genitivo	Ipſius	Sein. Ihr. Deß.
Dativo	Ipſi	Ihm. Ihr. Dem.

Accu-

Accuſativo	Ipſum Ipſam Ipſum		Ihn. Sie. Das.
Ablativo ab	Ipſo Ipſa Ipſo	von	ihm. ihr. dem.

Pluraliter.

Nominativo	Ipſi Ipſæ Ipſa	Sie
Genitivo	Ipſorum Ipſarum Ipſorum	Ihrer.
Dativo	Ipſis	Ihnen.
Accuſativo	Ipſos Ipſas Ipſa	Sie.
Ablativo ab	Ipſis	Von ihnen.

Numero Singulari.

Nominativo	Is Ea Id	Er. Sie. Das.
Genitivo	Ejus	Sein. Ihr. Deß.
Dativo.	Ei	Ihm. Ihr. Dem.
Accuſativo	Eum Eam Id	Ihn. Sie. Das.

Abla-

Ablativo ab	Eo	von	ihm.
	Ea		ihr.
	Eo		dem.

Pluraliter.

Nominativo	Ii Eæ Ea	Sie.
Genitivo	Eorum Earum Eorum	Ihrer.
Dativo	Eis, vel Iis	Ihnen.
Accuſativo	Eos Eas Ea	Sie.
Ablativo	ab Eis, vel Iis	Von ihnen.

Numero Singulari.

Nominativo	Idem Eadem Idem	Derſelbige. Dieſelbige. Daſſelbige.
Genitivo	Ejusdem	Deſſelbigen. Derſelbigen. Deſſelbigen.
Dativo	Eidem	Demſelbigen. Derſelbigen. Demſelbigen.
Accuſativo	Eundem Eandem Idem.	Denſelbigen. Dieſelbige. Daſſelbige.

Abla-

Ablativo ab { Eodem / Eadem / Eodem } von { demſelbigen. / derſelbigen. / demſelbigen.

Numero Plurali.

Nominativo { Iidem / Eædem / Eadem } Dieſelbige.

Genitivo { Eorundem / Earundem / Eorundem } Derenſelbigen.

Dativo Eisdem, vel iisdem Denenſelbigen.

Accuſativo { Eosdem / Easdem / Eadem } Dieſelbige.

Ablativo ab Eisdem, vel iisdem von denenſelbigen.

DE PRONOMINUM DERIVATIVORUM DECLINATIONE.

Meus, mea, meum: Tuus, tua, tuum: Suus, ſua, ſuum: Noster, noſtra, noſtrum: Vester, veſtra, veſtrum declinantur ùt nomina Adjectiva primæ, & ſecundæ Declinationis.

Numero Singulari.

Nominativo { Meus / Mea / Meum } { Mein. / Meine. / Mein.

Genitivo. { Mei / Meæ / Mei } { Meines. / Meiner. / Meines.

Dativo	Meo Meæ Meo		Meinem. Meiner. Meinem.
Accuſativo	Meum Meam Meum		Meinen. Meine. Mein.
Vocativo ô	Mi Mea Meum		O mein.
Ablativo à	Meo Mea Meo	von	Meinem. Meiner. Meinem.

Pluraliter.

Nominativo	Mei Meæ Mea	Meine.
Genitivo	Meorum Mearum Meorum	Meiner.
Dativo	Meis	Meinen.
Accuſativo	Meos Meas Mea	Meine.
Vocativo ô	Mei Meæ Mea	O meine.
Ablativo à	Meis	Von meinen.

Veteres Mius *dicebant*, *unde Vocativus* ô Mi.

Hæc tria Vocativo carent.

Tuus, Tua, Tuum, Dein.

Suus

	Suus,	Sua,	Suum,	Sein.
	Veſter,	Veſtra,	Veſtrum,	Euer.
At	Noſter,	Noſtra,	Noſtrum,	*Vocativum.*
habet	ô Noſter,	Noſtra,	Noſtrum,	O unſer.

NOSTRAS, & VESTRAS, Pronomina Derivativa, omnis generis, declinantur ùt nomina Adjectiva tertiæ Declinationis.

NOm. hic, hæc, hoc	Noſtras	Der/die/das unſerig.
Genitivo	Noſtratis.	
Dativo	Noſtrati.	
Accuſativo	Noſtratem, & Noſtras.	
Vocativo	ô Noſtras.	
Ablativo	à Noſtrate, vel Noſtrati.	

Pluraliter.

Nominativo	Noſtrates, & Noſtratia	Die unſerige.
Genitivo	Noſtratium.	
Dativo	Noſtratibus.	
Accuſativo	Noſtrates, & Noſtratia.	
Vocativo	ô Noſtrates, & Noſtratia.	
Ablativo	à Noſtratibus.	

Hic, hæc, hoc Veſtras, Der/die/das eurig/*Vocat. caret.*

PROVOCABULUM, ſive Pronomen Relativum, Qui, Quæ, Quod, ſic declinabitur.

NOminativo	Qui Quæ Quod	Welcher. Welche. Welches.
Genitivo	Cujus	Welches. Welcher. Welches.

Dativo	Cui	Welchem. Welcher. Welchem.
Accuſativo	Quem Quam Quod	Welchen. Welche. Welches.
Ablativo à	Quo, *vel* Qui Qua, *vel* Qui Quo, *vel* Qui	von Welchem. Welcher. Welchem.

Numero Plurali,

Nominativo	Qui Quæ Quæ	Welche.
Genitivo	Quorum Quarum Quorum	Welcher.
Dativo	Quęis, Quîs, *vel* Quibus	Welchen.
Accuſativo	Quos Quas Quæ	Welche.
Ablativo	à Quêis, Quis, *vel* Quibus	Von welchen.

Quis Provocabulum, ſive Pronomen Interrogativum, ſive Infinitum, ſic declinabitur.

Nominativo	Quis, *vel* Qui Quæ Quod, *vel* Quid.	Wer. Welche. Was.
Genitivo	Cujus	Weß. Welcher. Welches.

Dati-

Dativo { Cui } { Wem. Welcher. Welchem.

Accuſativo { Quem, Quam, Quod, *vel* Quid } { Wen. Welche. Was.

Ablativo à { Quo, Qua, Quo } von { Wem. Welcher. Welchen.

Pluraliter.

Nominatio { Qui, Quæ, Quæ, *vel* Qua } Welche.

Genitivo { Quorum, Quarum, Quorum. } Welcher.

Dativo Quêis, Quis, *vel* Quibus Welchen.

Accuſativo { Quos, Quas, Quæ, *vel* Qua } Welche.

Ablativo à Quêis, Quis, *vel* Quibus Von welchen.

Ablativus, Qui, *eſt omnis generis, quo utimur poſt-poſitâ præpoſitione Cum.* Terent. Heaut. *Quicum loquitur filius*? Cic. ad Sulpitium lib. 4. *Nemo eſt omnium, quicum potiùs mihi, quàm tecum communicandum putem.*

Tunc ſic expirans, Accam ex æqualibus unam
Alloquitur, fida ante alias, quæ ſola Camillæ,
Quicum partiri curas. Virg. Æn. 11.

Compoſita ex Provocabulo Quis, cùm præcedit.

Quiſnam, quænam, quodnam, vel quidnam: cujuſnam: cuinam.

Quipiam, quæpiam, quodpiam, vel quidpiam: cujuſpiam: cuipiam.

Quisquam, quæquam, quodquam, vel quidquam: cujuſquam: cuiquam.

Quisque, quæque, quodque, vel quidque: cujusque: cuique.

Quisquis, quæquæ, quidquid: cujuscujus: cuicui: quemquem, quidquid: à quoquo.

Pluraliter.

Quiqui: quorumquorum: quibusquibus: quosquos: quibusquibus.

Compoſita ex Quis, cùm ſequitur.

Aliquis, aliqua, aliquod, vel aliquid: alicujus: alicui.

Ecquis, ecqua, vel ecquæ, ecquod, vel ecquid: eccujus: eccui.

Nequis, nequa, nequod, vel nequid: necujus: necui,

Siquis, ſiqua, ſiquo, vel ſiquid: ſicujus: ſicui.

Compoſita ex Provocabulo Qui.

Quicunque, quæcunque, quodcunque: cujuscunque: cuicunque.

Quidam, quædam, quoddam, vel quiddam: cujusdam: cuidam.

Quilibet, quælibet, quodlibet, vel quidlibet: cujuslibet: cuilibet.

Quivis, quævis, quodvis: vel quidvis: cujusvis: cuivis.

Quædam ex ſupradictis rurſus componuntur.

UNusquisque, unaquæque, unumquodque, vel unumquidque: uniuſcujusque: unicuique.
Ecquiſnam, ecquænam, ecquodnam, vel ecquidnam.

DE VERBORUM CONJUGATIONE.

Sum, Verbum Subſtantivum, Modi Indicativi, temporis Præſentis, numeri Singularis, perſonæ Primæ, ſic conjugabitur.

Indicativi Modi Tempus Præſens.

SUm	Ich bin.
Es	Du biſt.
Eſt	Er iſt.
	Pluraliter.
Sumus	Wir ſeynd.
Eſtis	Ihr ſeyd.
Sunt	Sie ſeynd.
	Præteritum Imperfectum.
Eram	Ich ware.
Eras	Du wareſt.
Erat.	Er ware.
	Pluraliter.
Eramus	Wir waren.
Eratis	Ihr waret.
Erant	Sie waren.

Præteritum Perfectum.

Fui	Ich bin	geweſen.
Fuiſti	Du biſt	
Fuit	Er iſt	

Pluraliter.

Fuimus	Wir ſeynd	geweſen.
Fuiſtis	Ihr ſeyd	
Fuerunt, *vel* fuêre	Sie ſeynd	

Præteritum Plusquamperfectum.

Fueram	Ich ware	geweſen.
Fueras	Du wareſt	
Fuerat	Er ware	

Pluraliter.

Fueramus	Wir waren	geweſen.
Fueratis	Ihr waret	
Fuerant	Sie waren.	

Futurum.

Ero	Ich werde / oder will ſeyn.
Eris	Du werdeſt / oder wilſt ſeyn.
Erit	Er wird / oder will ſeyn.

Pluraliter.

Erimus	Wir werden / oder wollen ſeyn.
Eritis	Ihr werdet / oder wollet ſeyn.
Erunt	Sie werden / oder wollen ſeyn.

Si quis de Varronis ſententia volet Futurum Perfectum, ſive exactum adjungere, ſic convertat, licebit.

Fuero	Ich werde ſeyn geweſen.

Imperavi Modi Tempus Præſens.

Es, *vel* eſto	Biß / oder ſeye du.
Sit	Seye er.

Nume-

Numero Plurali.

...is	Laſt uns ſeyn.
..., *vel* Eſtote	Seyet ihr.
...	Seyen ſie / oder laſt ſie ſeyn.

Futurum, *ſive Modus Mandativus.*

..., *vel* eris	Du ſolleſt ſeyn.
... ille, *vel* erit	Er ſolle ſeyn.

Pluraliter.

...ote, *vel* eritis	Ihr ſollet ſeyn.
...nto, *vel* erunt	Sie ſollen ſeyn.

Optativi Modi Tempus Præſens, & Imperfectum.

Eſſem	wolte Gott/daß	ich wåre.	*Particula*
Eſſes	wolte Gott/daß	du wåreſt.	UTINAM
Eſſet	wolte Gott/daß	er wåre.	*etiam vertitur.*

Pluraliter.

Eſſemus	wolte Gott/daß	wir wåren.	O daß!
Eſſetis	wolte Gott/daß	ihr wåret.	Ach daß!
Eſſent	wolte Gott/daß	ſie wåren.	

Præteritum Perfectum.

Utinam Fuerim	wolte Gott/daß	ich wåre	geweſen.
Fueris		du wåreſt	
Fuerit		er wåe.	

Pluraliter.

Utinam Fuerimus	wolte Gott/daß	wir wåren	geweſen.
Fueritis		ihr wåret	
Fuerint		ſie wåren	

Præteritum Pluſquamperfectum.

Utinam Fuiſſem	wolte Gott/daß	ich wår	geweſen.
Fuiſſes		du wåreſt	
Fuiſſet		er wåre	

Pluraliter.

Utinam	Fuiſſemus	wolte Gott/daß	wir wåren	geweſen.
	Fuiſſetis		ihr wåret	
	Fuiſſent		ſie wåren	

Futurum.

Utinam	Sim	wolte Gott/daß	ich wurde / oder ſolte ſeyn.
	Sis		du wurdeſt/oder ſolteſt ſeyn.
	Sit		er wurde/ oder ſolte ſeyn.

Pluraliter.

Utinam	Simus	wolte Gott/daß	wir wurdẽ/ oder ſoltẽ ſeyn.
	Sitis		ihr wurdet/oder ſoltet ſeyn
	Sint		ſie wurdẽ/ oder ſolten ſeyn.

De Modo Conjunctivo.

Conjunctivus Modus apud Latinos duntaxat quinque temporibus, totidẽmque vocibus diſtinctis conſtat. Græci Præſenti, & Imperfecto vocem unam tantùm, Perfecto itidem, unam & Plusquamperfecto tribuunt. Hebræi, atque Chaldæi, cùm hoc modo careant, ex Indicativo, adhibitis certis particulis, vel ex Infinitivo, præfixis certis literis, ſeu præpoſitionibus ſupplent, quos etiam Arabes imitati ſunt.

Conjunctivi Modi Tempus Præſens.

Cùm	Sim	Weil	ich bin.
	Sis		du biſt.
	Sit		er iſt.

Pluraliter.

Cùm	Simus	Weil	wir ſeynd.
	Sis		ihr ſeyd.
	Sit		ſie ſeynd.

Particula CUM *quæ Verbis Conjunctivi Modi conjungitur, verti poteſt: Præ-*

Præteritum Imperfectum.

Cùm	Eſſem	Weil	ich ware.	
	Eſſes		du wareſt.	
	Eſſet		er ware.	

Weil / dieweil / ſintemahl: *quidam, etiam hic ponunt,* da / als / ſo / wann.

Pluraliter.

Cùm	Eſſemus	Weil	wir waren.	
	Eſſetis		ihr waret.	
	Eſſent		ſie waren.	

Præteritum Perfectum.

Cùm	Fuerim	Weil	ich bin	geweſen.
	Fueris		du biſt	
	Fuerit		er iſt	

Pluraliter.

Cùm	Fuerimus	Weil	wir ſeynd	geweſen.
	Fueritis		ihr ſeyd	
	Fuerint		ſie ſeynd	

Præteritum Pluſquamperfectum.

Cùm	Fuiſſem	Weil	ich ware	geweſen.
	Fuiſſes		du wareſt	
	Fuiſſet		er ware	

Pluraliter.

Cùm	Fuiſſemus		wir waren	geweſen.
	Fuiſſetis		ihr waret	
	Fuiſſent		ſie waren	

Futurum.

Cùm	Fuero	Weil	ich werde	ſeyn.
	Fueris		du werdeſt	
	Fuerit		er werde	

Pluraliter.

Cùm	Fuerimus	Weil	wir werden	ſeyn.
	Fueritis		ihr werdet	
	Fuerint		ſie werden	

De

De modo Potentiali, & Permiſſivo ſive Conceſſivo.

Cùm modus, ùt Grammaticis placet, nihil aliud ſit, quàm voluntas, vel animi affectio per vocem ſignificata: Voluntates verò hujuſmodi, ac animi affectiones variæ in hominibus, eæque quàm plurimæ ſint; ad has voces exprimendas excogitati ſunt Modi. Quamvìs autem Modus Conjunctivus, Potentialis, & Permiſſivus, ſive Conceſſivus in omnibus quinque temporibus, easdem ferè voces, ac terminationes habeant, quia tamen habent ſignificationes longè diverſas, idcirco etiam ſunt Modi diverſi. Unde apertiſſimè intelligimus Modorum diverſitatem præcipuè ex ſignificationis diſſimilitudine proficiſci: quod idem in nominum caſibus videre licet. Nam, quamvìs Nominativus, & Vocativus pluralis, Dativus item, & Ablativus voce, & terminatione ſimiles ſint, diverſi tamen ſunt caſus: alia enim nominandi, alia vocandi, alia dandi, alia auferendi eſt ſignificatio: Quare ut caſus, quamvìs voce ſimilimi, à Grammaticis tamen propter ſignificationis diſſimilitudinem diſtincti ſunt: ita hi tres modi neceſſariò videntur ſeparandi. Et quidem quoties in explicandis Authoribus hærebit Præceptor, niſì hos Modos diſcernat, eorùmque vim, ac naturam penitùs internoſcat? cuinam modo hæc, atque illa, quamplurima loca adſcribet? Quint. lib. 1. c. 9. Frangas citiùs, quàm corrigas, qui in parvum induruerunt. *Cic. pro Rab.* Tu denique Labiene, quid faceres tali in re, ac tempore? *Saluſtius in Catil.* Sed confecto prælio, tùm verò cerneres, quanta audacia, quantáque vis animi fuiſſet in exercitu Catilino. *Suetonius in Veſp. c. 8.* Maluiſſem, oboluiſſes alium.

Hæc

Hæc ſanè, & alia Potentiali adſcribenda facilè judicabit, qui ejus naturam penitùs perſpectam habuerit: Quæ verò ſubjiciam, quo pacto Permiſſivo, ſive Conceſſivo eſſe attribuenda intelligit, qui ejus naturam, ac vim prorsùs ignorârit. Cic. 3. in Verr. Malus civis, improbus conſul, ſeditioſus homo Cn. Carbo fuit. Fuerit alijs, tibi quando eſſe cæpit? *Terentius in Adelph.* Profundat, perdat, pereat, nihil ad me attinet. *Virg. Æn. 4.* Verum anceps pugnæ fuerat fortuna; fuiſſet. *Potentialis certè, & Permiſſivus ſingularem ornatum, elegantiam, ſplendorem, ac venuſtatem orationi afferunt.*

Dicitur autem Modus Potentialis, *quòd potentiam, ſive facultatem præcipuè adſignificet, ſolétque verbo* poſſum *explicari. Sic Horatius:* Quis Martem tunicâ tectum adamantinâ dignè ſcripſerit; *id eſt:* ſcribere poterit. 2. *Adſignificat etiam* debitum, *unde verbo* debeo *aliquando explicatur. Sic Terent.* Tu ne impunè hoc facias? *id eſt*, facere debeas? 3. Voluntatem *etiam interdum adſignificat hinc verbo* volo *explicatur. Sic Virg. Æn. 1.* Et quiſnam Numen Junonis adoret? *id eſt:* adorare velit? *Cic. 3. de orat.* Ego te conſulem putem, cùm me non putes ſenatorem?

Permiſſivus, ſive Conceſſivus Modus, permiſſionem ſignificat, unde & nomen invenit: ejus uſus, excepto futuro, in ſecundis, & tertiis perſonis potiſſimùm cernitur; primas enim adeò non facilè invenis. Utimur hoc Modo, cùm diu aliquid ſuaſimus, ſed fruſtrà; itaque tædio confecti, atque omni perſuadendi ſpe abjectâ, in has, vel ſimiles voces prorumpimus: vixeris, ùt libet, ſatìs ſit te tuorum ſcelerum conſcientiâ perpetuò cruciari. *Interdum mitiùs, ac leniùs ijsdem vocibus uti-*

utimur, quibus ſignificamus nos alicujus rei curam penitùs abjicere, eúmque aliorum arbitrio, judicióque committere. *Cic. de Amicit.* Quàm rectè id facias, viderint Sapientes. *Idem 2. Acad.* Age, reſtitero Peripateticis, &c. ſuſtinuero Epicureos, &c. Diodoro quid faciam Stoico?

Quæ cùm ita ſint, Præceptores rogamus, ut ſaltèm primas perſonas (licèt prima Permiſſivi modi extra Futurum parùm ſint uſitatæ) ſuos auditores memoriæ mandare patiantur.

Potentialis Modi Tempus Præſens.

Sim Soll ich ſeyn? oder daß ich ſeye.

Præteritum Imperfectum.

Eſſem Ich wäre / oder möchte ſeyn.

Præteritum Perfectum.

Fuerim Daß ich geweſen ſey / oder daß ich hab mögen ſeyn / ſolle ich geweſen ſeyn?

Præteritum Plusquamperfectum.

Fuiſſem Ich wäre geweſen / oder hätte mögen ſeyn.

Futurum.

Fuerim Ich würde / oder könnte ſeyn.

Hæ voces præſentis temporis, Solle ich ſeyn? daß ich ſeye? *cum interrogatione ſunt pronuntiandæ.*

Latina exempla pete ex ſuperiori folio, & ex Commentariis.

Permiſſivi, ſive Conceſſivi Modi Tempus Præſens.

Sim Ich ſetze / ich ſeye: geſetzt / daß ich ſeye: dem ſeye alſo / daß ich ſeye.

Præteritum Imperfectum.

Eſſem Ich ſetze / ich wäre: geſetzt / daß ich wäre: dem ſeye alſo / daß ich wäre. *Præ-*

Præteritum Perfectum.

Fuerim Ich ſetze/ich ſey geweſen: geſetzt/daß ich ſey geweſen:dem ſey alſo/ daß ich ſey geweſen.

Præteritum Plusquamperfectum.

Fuiſſem Ich ſetze/ ich wäre geweſen: geſetzt daß ich wäre geweſen: dem ſey alſo / daß ich wäre geweſen.

Futurum.

Fuero Ich ſetze/ ich werde ſeyn: geſetzt/daß ich werde ſeyn: dem ſey alſo/ daß ich werde ſeyn.

Infinitivi Modi Tempus Præſens.

Eſſe Seyn.

Præteritum Imperfectum.

Eſſe Seyn.

Præteritum Perfectum.

Fuiſſe Geweſen ſeyn.

Præteritum Plusquamperfectum.

Fuiſſe Geweſen ſeyn.

Futurum.

Fore, *vel* Futurum, am, um, eſſe Werden / oder wurden ſeyn.

Pluraliter.

Fore, *vel* Futuros, as, a, eſſe.

Futurum Præteritô miſtum.

Futurum, am, um, fuiſſe Sollen geweſt ſeyn / oder wurden geweſen ſeyn.

Pluraliter.

Futuros, as, a, fuiſſe.

Participium Futuri temporis.

Futurus, a, um, Werden ſeyn / das iſt / künfftig.

PRI-

PRIMA CONJUGATIO.

AMO Verbum activum Modi Indicativi, temporis Præſentis, numeri Singularis, Perſonæ primæ, ſic conjugabitur.

Indicativi Modi Tempus Præſens.

AMo	Ich liebe.
Amas	Du liebeſt.
Amat	Er liebet.
Pluraliter.	
Amamus	Wir lieben.
Amatis	Ihr liebet.
Amant	Sie lieben.
***Præteritum** Imperfectum.*	
Amabam	Ich liebete / **oder liebte.**
Amabas	Du liebeteſt.
Amabat	Er liebete.
Pluraliter.	
Amabamus	Wir liebeten.
Amabatis	Ihr liebetet.
Amabant	Sie liebeten.

Amas, s *mutatio in* bam, *fit Amabam: ſic Doce**bam.***

Præteritum Perfectum.	
Amavi	Ich habe geliebt.
Amaviſti, *vel* amâſti	Du haſt geliebt.
Amavit	Er hat geliebt.
Pluraliter.	
Amavimus	Wir haben geliebt.
Amaviſtis, *vel* amâſtis	Ihr habt geliebt.
Amaverunt, *vel* amavêre	Sie haben geliebt.

Præ-

Præteritum Pluſquamperfectum.

Amaveram	Ich hatte	geliebt.
Amaveras	du hatteſt	
Amaverat	er hatte	

Pluraliter.

Amaveramus	Wir hatten	geliebt.
Amaveratis	ihr hattet	
Amaverant	ſie hatten	

Amavi, i *in* e *& additâ* ram, *ſit* Amaveram: *Sic in cæteris Conjugabitur.*

Futurum.

Amabo	Ich werde	lieben.
Amabis	du werdeſt	
Amabit	er wird.	

Pluraliter.

Amabimus	Wir werden	lieben.
Amabitis	ihr werdet	
Amabunt	ſie werden	

De ſententia Varronis amavero, Ich werd geliebt habẽ.

Amas, s *in* bo, fit Amabo. *Sic* Docebo.

Diſcant pueri, dum Verbum inflectunt, per omnium temporum perſonas locutiones ejusmodi: Amo modeſtiam tuam, amas modeſtiam tuam, amat modeſtiam tuam, amabam modeſtiam tuam, &c. *Neque primas, ſecundáſve perſonas, per Pronomina exprimant, doceantúrque, Latinos id rarò facere.*

Imperativi Modi Tempus Præſens.

Ama, *vel* amato	Liebe du
Amet	liebe er

Præteritum Perfectum.

Utinam	Amaverim Amaveris Amaverit	wolte Gott/daß	ich hätte du hätteſt er hätte	geliebt.

Pluraliter.

Utinam	Amaverimus Amaveritis Amaverint	wolte Gott/daß	wir hättē ihr hättet ſie hätten	geliebt

Amavi, i *in* e, *& additâ* rim: *Sic in cæteris.*

Præteritum Plusquamperfectum.

Utinam	Amaviſſem Amaviſſes Amaviſſet	wolte Gott/daß	ich geliebt hätte. du geliebt hätteſt. er geleibt hätte.

Pluraliter.

Utinam	Amaviſſemus Amaviſſetis Amaviſſent	wolte Gott/daß	wir geliebt hätten. ihr geliebt hättet. ſie geliebt hätten.

Amavi, *additâ* s & ſem: *Sic in cæteris.*

Futurum.

Utinam	Amem Ames Amet	wolte Gott/daß	ich wurde du wurdeſt er wurde	lieben.

Pluraliter.

Utinam	Amemus Ametis Ament	wolte Gott/daß	wir wurden ihr wurdet ſie wurden	lieben.

Conjunctivi Modi Tempus Præſens.

Cùm	Amem Ames Amet	Weil	Ich liebe. du liebeſt. er liebet.

Pluraliter.

Cùm	Amemus	Weil	Wir lieben.
	Ametis		ihr liebet.
	Ament		ſie lieben.

Præteritum Imperfectum.

Cùm	Amarem	Weil	Ich liebte.
	Amares		du liebteſt.
	Amaret		er liebte.

Pluraliter.

Cùm	Amaremus	Weil	Wir liebten.
	Amaretis		ihr liebtet.
	Amarent		ſie liebten.

Præteritum Perfe*ctum.*

Cùm	Amaverim	Weil	Ich hab geliebt.
	Amaveris		du haſt geliebt.
	Amaverit		er hat geliebt.

Pluraliter.

Cùm	Amaverimus	Weil	Wir haben geliebt.
	Amaveritis		ihr habet geliebt.
	Amaverint		ſie haben geliebt.

Præteritum Plusquamperfectum.

Cùm	Amaviſſem	Weil	Ich hätte geliebt.
	Amaviſſes		du hätteſt geliebt.
	Amaviſſet		er hätte geliebt.

Pluraliter.

Cùm	Amaviſſemus	Weil	Wir hätten geliebt.
	Amaviſſetis		ihr hättet geliebt.
	Amaviſſent		ſie hätten geliebt.

Futu-

Futurum.

Cùm	Amavero Amaveris Amaverit	Weil	Ich werde du werdeſt er wird	lieben.

Pluraliter.

Cùm	Amaverimus Amaveritis Amaverint	Weil	Wir werden ihr werdet ſie werden.	lieben.

Potentialis Modi Tempus Præſens.

Amem Solle ich lieben? oder daß ich liebe?

Præteritum Imperfectum.

Amarem Ich liebte / oder möchte lieben.

Præteritum Perfectum.

Amaverim Daß ich geliebt habe / oder daß ich hab mögen lieben? ſolte ich geliebt haben?

Præteritum Plusquamperfectum.

Amaviſſem Ich hätte geliebt / oder hätte mögen lieben.

Futurum.

Amavero Ich wurde / oder könnte lieben.

Præſentis temporis voces cum interrogatione uſurpantur: ob quam cauſam interrogantis ſignum adjicimus, Solle ich lieben? daß ich liebe? *Cic. 2. de Orat.* Ego te Conſulem putem? Soll ich dich für einen Burgermeiſter halten? *Quin etiam ſinè interrogatione utimur interdum. Quint. 6. cap. 5.* Videas pleroſque irâ percitos. Du ſolſt den mehrern Theil erzürnet ſehen.

Permiſſivi, ſive Conceſſivi Modi

Tempus Præſens.

Amem Ich ſetze / ich liebe: oder geſetzt / daß ich liebe: oder dem ſeye alſo / daß ich liebe.

Præteritum Imperfectum.

Amarem, Ich ſetze/ ich liebte: oder dem ſeye alſo/ daß ich liebte.

Præteritum Perfectum.

Amaverim, Ich ſetze/ ich habe geliebt: oder dem ſeye alſo/ daß ich habe geliebt.

Præteritum Plusquamperfectum.

Amaviſſem: Ich ſetze/ ich hätte geliebt: oder dem ſeye alſo/ daß ich hätte geliebt.

Futurum.

Amavero, Ich ſetze/ ich werde lieben: oder dem ſeye alſo/ daß ich lieben werde.

Infinitivi Modi Tempus Præſens.

Amare, Lieben.

Præteritum Imperfectum.

Amare, Lieben.

Ama, *additâ* re, *fit* amare: *Sic* Docere, Legere, Audire.

Præteritum Perfectum.

Amaviſſe, Geliebt haben.

Præteritum Plusquamperfectum.

Amaviſſe Geliebt haben.

Amavi, *additâ* s, *& ſyllabâ* ſe, *fit* Amaviſſe: *Sic* Docuiſſe, Legiſſe, Audiviſſe.

Futurum.

Amaturum, am, um, eſſe, Lieben werden.

Plur. Amaturos, ras, ra, eſſe.

Futurum Præterito miſtum.

